

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dissertatio Philologico-Critica De Annis Achasiae  
Jvdaeorum Regis, Ad concilianda Loca Scripturae 2. Reg.  
VIII. 26. & 2. Chron. XXII.2.**

**Schröder, Johann Joachim  
Böhme, Johann Christian**

**Marburgi Cattorum, 1715**

**§. IV.**

[urn:nbn:de:bsz:31-130541](#)

Vastae molis commentariis onerantibus, ipsissimeti sufficienti  
linguarum aliarumque scientiarum subsidio plane destitu-  
tis. Sed hos, ne errant, moneo, & desinant lacerare.  
Γενέθλιοι οι θεοί αληθής, πάσι δὲ οἱ αὐτόρωποι ψεύτης, καθὼς  
γέρεσσι, ὅπεις ἀν δικαιωθῆσιν τοῖς λόγοις σα, οὐδὲ γινό-  
σης εν τῷ κρίνεσθαι σε, Rom. 3: 4. Sacrae enim Scripturae,  
uti inquit supra laudatus Gregorius P. quae ad agnoscendum  
Redemptorem sunt editae, pro sublimitatis suae dignitate ve-  
nerandae etiam tunc sunt, cum non intelliguntur. loc. cit.

§. III. Verum ut sacras literas ignorasse periculo-  
sum, reprobasse autem exitiosum merito dicitur; ita de-  
nium in perpetua earundem meditatione omne tempus  
consumens, felix praedicatur, Psal. 1: 1. Quare etiam,  
quoniam non nisi timentibus ipsum Deus suae voluntatis  
arcana notiora reddit, ne irretiatur pes tuus, irretoris oculi  
Dominum respicias, Psal. 29: 14. Eadem qua prolata  
sunt lingua, divina ista eloquia perlegas, repetas, Viro-  
rum eruditione ac pietate conspicuorum sensa consulas,  
& quidquid est in aliis scientiis & artibus subsidii, sicuti  
opus est, conferas. Hacque demum ratione non ἐνθυσι-  
σμῶς vel ἀπὸ μηχανῆς sed firmioribus rationibus tibi Deum  
fuisse locutum constabit, si εν τῷ ἔργῳ τὰς γραφὰς cer-  
ta tibi pro certis, probabilia pro talibus habueris, con-  
ditionis tuae humanae, angustis sane limitibus circum-  
scriptae & erroribus obnoxiae, haud quamquam imme-  
mor: ut tandem, quod vel verum vel falsum est, clare &  
distincte percipias, & ab ea perceptione te dimoveri nun-  
quam permittas.

§. IV. His, ut decebat, ad animum revocatis, &  
rogato Spiritu S. in omnem sapientiam ducentis, auxilio,  
unum nunc Veteris T. δυσνότον considerandum nobis ob-  
oculos ponimus, locaque inter se omnium consensu ενα-  
τιοφανῆ, & jam dudum maximorum virorum Crisi multi-

fariam tentata, ea, qua poterit, diligentia ac circumspectione conciliare tentabimus: nulli dubitantes, plium ac modestum Lectorem, si forsitan in re ad eo ardua non ubique album mereamur calculum, facilem tamen nobis concessurum veniam, quum conspicerit, talem nos attulisse conciliandi modum, qui salva textus S. & auctoritate & integritate, non secesse nodum Gordium, sed soluisse aliqua saltem ratione diceretur: eo tantum fine, ut temerariis istis Neo-Criticis obviam eundo monstretur non statim *ἀλεψίας* erroris postulandos esse Θεοπνεύστας illos Viros, Spiritus S. Amanuenses, vel corruptos sive de industria, sive temporum injuria codices Hebraeos, sed constare sibi haec tenus Scripturam S. unicum fidei vitaeque nostrae canem. Faxit Deus, ut hi conatus nostri cedant ad sanctissimi sui Nominis gloriam, nostramque erga verbum Ipsiis venerationem & in fide confirmationem!

§. V. Refert Sacer historiae Regiae Scriptor, Achasiam Judaeorum duos & viginti annos natum regnare coepisse, quod tamen regni ejus initium Annalium S. conditor (2. Chron. XXII. 2.) ad quadragesimum secundum aetatis ejusdem Regis annum omnino referre videtur.

Prioris verba haec sunt:

בְּנֵי עֲשָׂרִים וְשִׁתְּמַטְּשָׁה שָׁנָה אֶחָדוֹ בְּמִלְכֵו וְשָׁנָה אֶחָד  
מֶלֶךְ נֹוֹשָׁלִים וְשָׁם אָמוֹן עַתְּלִיהוֹ בָּתְּ עַמְרִי מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל  
Juxtaḡ 8. 6,

Τιὸς ἐποστὶ καὶ δύο ἑταῖρον Οχοζίας ἐν τῷ βασιλεύειν ἀυτὸν καὶ  
ἐνιαυτὸν ἔνα ἐβασιλεύειν ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ ὄνομα τῆς μητρὸς ἀυτῷ Γοθολία Θυγάτηρ Ἀμβρι βασιλέως Ἰσραὴλ.

Quae Vulgatus ita reddit:  
Viginti duorum annorum erat Ochozias cum regnare coepisset, & uno anno regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Athalia filia Amri regis Israel.

Posterioris vero haec:

בְּנֵי אַרְכָּעִים